

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3267

Auteur(s) : Louis VII le Jeune, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1177

Lieu d'émission : Pontoise

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Louis VII renouvelle un diplôme du roi Childebert confirmant les possessions de l'abbaye dans les diocèses de Beauvais, Amiens, Paris et Chartres.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 107, p. 173-174.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ludouicus Dei gratia Francorum rex. A regie maiestatis [auctoritate] exigitur ut ipsius facta nullius antiquitate temporis seu aliquorum malignantium incurso debilitari ualeant uel quassari. In[de est quod] notum facimus uniuersis [quod], ad petitionem Anfredi abbatis sancti Wandregisili, dilecti nostri, aliqua que longis ante nos temporibus [ecclesi]a sancti Wandregisili cum suis membris, sicut carte quasi iam nimia uetustate consumpte testantur et nostro tempore bene et pacifice d[inosci]tur habuisse, eidem ecclesie in puram et [per]petuam [elem]osinam donamus et nostra auctoritate ac regii nominis subter annotato k[aractere confir]mamus, uidelicet ex largitione Hilde[berti, in]uictissimi quondam regis Francorum : in episcopatu Beluacensi : Reuecuriam et [ecclesiam cum dec]ima et appendiciis suis, capellam de [Fayel ; i]n Chiuerieriis sex hospites et partem decimarum, Ronuillare et prata ac siluas. In [episcopatu] Ambianensi : medietatem de Buxeyo et terram [unius c]arruce et medietatem decime. et terciam partem decime de Dors ; apud Salliacum quandam [particulam terre ; item] in eadem [diocesi, in pago Vima]censi, Dareneyum et ecclesiam cum tota decima, Wayncort et ecclesiam cum decima et ho[spitibus]. In episcopatu Paris]iensi : [Alpicum et ecclesiam] cum tota decima et Visiniolum ac Demonumuallem et dimidium Viciniacas ac decim[am Villiolis cortis, et in] Maro[lio census et dec]imam uinearum ; Marchoucies et ecclesiam cum decima et hospitibus, ; liberum insuper transitum bacco[rum dicte ecclesie seu na]uium [uina aut] alia aliqua deferentium ad usum monachorum per Sequanam ab omni consuetudine et exactione in eundo et redeundo, quantum [se extendit iust]icia nostra. In episcopatu Carnotensi : Rodonium et ecclesiam cum tota decima et census ac comparationem uinearum de Mon[te Niue]lo[nis et tres gordos i]bidem cum duabus sedibus molendinorum, ac mansum sancti Mamini cum aliqua parte decimarum ; ecclesiam de Rolleboise [cum decimis ; Califurnum et] ecclesiam cum decimis et duodecim m[an]sos ; dimidiam Francamuillam ; ecclesiam de Villeta cum tota deci[ma, tam in]molendi[nis quam in agris ; et totum feodum Herlonis, et terram duorum] boum ; terram de Othmariuilla, capellam iuxta Sitolium que dicitur Fontana Bertoldi cum [terra et] hospitibus : et terra de [Duro]campo, et dimidiam [terram de Boscocorti et totam] decimam ipsius uille. Hec in dicto episcopatu Carnotensi nominata comes Manasses et Buchardus donauerunt seu potius

reddiderunt. Ut autem dicta ecclesia premissa omnia firma et inuiolabilia in perpetuum teneat, presentem cartam sigilli nostri impressione fecimus roborari. Actum publice Pontesie, anno incarnati verbi M°. C°. [LXX°. VII°.], astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa : Signum comitis Theobaldi dapiferi nostri, S. Radulphi constabularii, S. Guidonis buticularii, S. Raginaldi camerarii, vacante (Monogr.) cancellaria.